

sto loco claudere videar; consultò prouintiam hanc eximijs nostri temporis ora-  
 toribus relinquendam puto. At dices, doctissime Carole, ad quid hac tam longè  
 repetita? Equidem credo, mihiq; persuadeo, te utpote in legali disciplina versa-  
 tissimum, non praterire, qualis; Et quam magnus Iurisconsultus fuit, Ioannes  
 Angelus ille Pisanellus, de quo, ut dixit Salustius, melius est silere, quàm pauca  
 dicere. Praclarissimus igitur ille Iurisconsultus inter ceteras lucubrationes, quas  
 è suo felicissimo ingenio protulit; Commentaria quoque non minus docta, quàm  
 perutilia super Pragmaticam editam Thori, testem falsum, Et de salario Va-  
 xallorum, in lucem edidit; qua Commentaria egreferentes perillustres posteri, ac  
 descendentes prædicti auctoris penes paucos esse illa manuscripta, consulendo fa-  
 ma illius magni Viri, typis excudenda illa curarunt, mihiq; hoc onus iniunxe-  
 runt. qua de re cogitans ipse cuius potius præsens opusculum, siue potius di-  
 cam, munusculum dicarem, qui à linguarum virulentarum sagittis tutum, in-  
 columeq; seruarent, non enim te fugit, momos nunquàm defuisse; præstantio-  
 rem te vidi neminem integerrime Tappia. Suscipe igitur hilari animo munuscu-  
 lum tui Pelegrini, ac velut Arthaxerses illud offerentis studio, ac animo metiri  
 velis. Vale. Neapoli VIII. Kal. Aprilis. M D X C.